



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Hieronymi Dandini Cæsenatis E Societate Iesv De Corpore
Animato Lib. VII.**

Dandini, Girolamo

Parisiis, 1611

VII. De omento

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95641)

sensum efficiunt, vt ad sumendū vniuerso corpori necessariū alimentū prouocetur. quare plurimi ac præcipui in superiori orificio versantur. Reliquis enim partibus sensum eorū, quæ desunt, natura nō indidit: sed eas voluit platarum more alimēto ex venis hausto nutrirī. Soli vētriculo tāquam communi omniū prōptuario, ex quo hauxit oēs ac sucturæ erāt (partes enim singulæ ex venis sibi proprijs trahūt, hæ ex Caua, Caua ex Porta, Porta ex intestinis, hæc deniq. ex ventriculo) sensum hunc inesse voluit, vt & sibi & cæteris omnibus prouideret, alimento extrinsecus accedente.

Cibicoctio.

Hoc verò vt citius & accuratius coqueretur, velut cōmuni lebeti plures omnino focos atq. ingētes appoluit. Primū in sito ipsi calore ac facultate ad id agendum opportuna. Deinde calore cordis nō procebu distātis, spiritūq. ab eo per arterias trāmissio. Tūm calefaciētibus alijs mēbris vnde quaq. circūiectis: in tota quidē superiori regione & parte dextra præcalido iecore, quod illū accuratē cōplectitur & studiosè fouet: hinc autē in inferiori & sinistra: quidquid superest, septo transuerso & abdomine tegitur nec parū iuuatur: & verò etiam posteriori sedi subsunt præcalidæ vena Caua & arteria magna, quæ adq. omēti portio. Sola anterior sedes facta est libera, vt attolli, & turgere sumptu cibo cōmodiūs posset, nullo alio impedita membro. Ibi tamen quoque adsunt abdomen adēplere multus, quibus impensè calefcit.

Ex quibus omnib⁹ satis sup̄erq. intelligitur, quis sit quātopetēq. necessarius ventriculi vius in corpore: verēq. pluribus in locis dictū à Galeno fuisse & antè eum ab Hippocrate in libro *περὶ γυναικῶν*, quod est plantis terra, hoc ipsum animalibus esse ventriculum.

DE OMENTO. CAP. VII.

Rost stomachum & ventriculum de intestinis libèter dicerem, quæ tertiam atq. vltimam illius viæ partem absoluit, quæ cibum, & crassiora illius excrementa ab ore ad anum progredi dicebamus. At quoniā superstratū illis omentum in spectionē eorum & tractationē prohibet, de eo dicēdum antea est, vt illo post detracto liber sit ad intestina accessus. Præsertim cum ipsum quoq. nō minus quā intestina, vētriculo quoquo modo cōtinuetur. Nō, in quā, cū intima ipsius substantia quemadmodum intestina: sed solū cum exteriori tunica à peritoneo orta.

Substantia, et sicut.

Cūm enim duplici tenuissima, sed omnino firma mēbrana marsupij, peræ, aut sacculi figura cōstet, quarū altera incūbit alteri; quæ quidē inferior est, ex ea nascitur peritonei parte, quæ statim sub trāuerso septo ad vndecimā thoracis vertebrā arteriā magnā & Cauam venā cōuectit ac dorso adnectit. At dextrorsum per iecoris caua duodeno intestino & infimæ vētriculi parti subnascitur, inde que per intestina conscendit. Quæ verò superior huic incūbit, ex infimæ vētriculi sede ortū habet à tertia illa exteriori vētriculi tunica, quasi futura facta; vt in tertio de animalū hist. lib. c. 14. & 4. de part. c. 3. Philosophus loquitur. Inde supra alterā producta simul cū ea lienis cauo linea recta cōmittitur, sup̄raq. intestina velut mappa extēditur. Quare à Græcis *ἐπιπλωρ* & *ἐπιπλωρ* dicitur; quod ita illis incumbat, vt innatare videatur.

Epiplonur dicitur.

In quibusdā animalibus haud multū infrā vni-

A bilicū cōstitit, in alijs vsq. ad os pubis protrahitur, & in homine, cane, fuce, & simia, maximū visitur. Vt nō immeritò dubitatū fuerit, num herniarum morbus ex huius in scrotū prolapsū interdū accidat. Quibus id præcium fuerit, vēter ijs frigidior est, imperfectior ciborū coctio, & plurimis opus habēt operimētis. Nam, vt Aristoteles tradidit, ad meliorē coctionē eō natura abutitur, quò facilius sit & celerior: tūm in vētriculo, qua parte inferiori eius sedi subnascitur: tūm in intestinis omnibus, dum illis quasi fouens incumbit. Et quoniam coctio caloris opus est, plurimam illi adiunxit vbi que pinguedinem; in obæsis præsertim animalibus pinguedinem enim calidum est.

Vsque.

B Multāsq. à Porta venas & quæ eas comitentur, arterias, quibus euadat calidius, suscipit: nec nō ad sentiēdum à sexto cerebri pari neruus. Dūm autē nō recto, sed errabūdo ductū ac transfuersū & obliquū feruntur venæ & arteriæ, atq. illis circumfusā pinguedo est, sanguine ex vasīs exūdāt ac membranarū frigore in pinguedinē cōcreto; quasi reitium funiculi sūt inter quos nuda & simplex mēbrana cōspicitur; eaq. pettenus; ne nimio pōdere intestina grauet; totūq. omentū retis cuiuspiā similitudinē ac formam refert: quā ob causam reticulum & rete vulgus appellat. Sed & alia est calorū ratio: Prohibet enim caloris effluxū, calorque ingeminatus actionē ingeminat. Neq. hoc modò: verūm etiam frigori meatus occludit, eaq. ratione nos calefacit, qua & vestes. Marsupij itē & sacculi, quòd rotūdo sit sūdo, figurā habet. Quòd verò in inferiori eius mēbrana glādosum cernitur corpus, præcipuas venarum, arteriarū, ac neruorum factas ibi diuisiones sustentat. Canem ipse interdum vidi, qui penitus omento careret.

Vas.

Retes dicitur.

DE INTESTINIS. CAP. VIII.

Amergò ad intestina, Græcis *σπινæ* & *σπιν* dicitur, quæ omento detracto libèrè conspicuntur, reuertatur oratio. Est vnicum reipla intestinū à vētriculo ad podicē vsq. quatuordecim ferè ac dimidiā vlnarum in homine, vel vt sæpè obseruatum est, septies corporis totius longitudine productū, petuium rotū, formāq. rotunda & tereti, quò capacius esset atq. iniurijs externis minūs expositum. Sed plurium numero intestina vocātur, quasi plures illius vniuersas partes, quæ tum vsu ac situ, tum figura, magnitudine & quoquo modo substantia distinguuntur.

Longitudo.

Primū enim in duas totū diuiditur, graciliorem vnā, alterā crassiorē. Nam cū duo prestare debeat intestinū: tūm chylum à vētriculo susceptum coquere magis ac nō nihil elaborare, p̄erq. mesenterij venas ad iecur transmittere: tum excrementa siciora, quæ ex meliori substantia super sunt, repurgare, quæ priorē muneris partem exequitur, gracilior appellatur, crassior, quæ posteriorē absoluit. Nam & crassiorē chyli partem continet, & crassiori substantia constat.

Gracilis et crassa vsque.

Deinde harum vtriusque tres partes facimus, sex omnino intestina commemorantes, tria gracilia, totidēmq. crassiora. Primū omnium, quod ex inferiori dextrorū orificio ventriculi principium habet, *εξ πύλης*, hoc est ex ortus seu processus & principium intestinorum à quibusdam vocatur; communiter *δωδεκαστάμων* & duodenum. Quòd in posteriora statim retrorsum sub

Duodenum.